

**Rector Et Senatus Universitatis Rostochiensis Civibus Academicis ... Epitome
Legum Universitatis Rostochiensis Revisarum, Quae Bis Quotannis Publice
Praeleguntur ...**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79100757X>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4

N. l. — 47. ^{1-69.}



Handwritten text in a historical script, likely Cyrillic, oriented vertically on the right side of the page.

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS ROSTCHIENSIS CIVIBUS ACADEMICIS.

S. P. D.



Magna sunt ornamenta Civitatum, copia rerum ad vitam tuendam necessarium, opes, ædificia, arma, apparatus; sed alia præstantiora decora sunt nervi Legum, iusticia, boni mores, quæ omnia Gorgias Luxuriosus, recte appellat, quæ laborante Reipubl. deficiat ac pessum eat necessum est. Experiri hoc est Paenorum nobilissima Civitas Carthago, quæ armis quidem Romæ superior, ac Legum observantia & cultu sequior paulatim elanguit, evulsit & tandem ex hac vel solâ causâ, ut Polybius refert, devastata & absumpta perit. Recte itaq; Heraclitus Ephesius Civem monet, ut non minus pro Legibus, quàm pro manibus pugnet, cum absq; Legibus nulla Civitas incolumis esse possit, absq; manibus verò sepe florens existat. Quod & Plato comprobat, dum cum Civem optimum esse ait, qui nullos triumphos Legum observantia gloriores duxerit. Unde etiam constitutionem primæ politiæ Judaicæ summus ille Nomotheta JEHOVA à Legum rogatione capit, lapideis eas Tabulis digitis suis insculpsit, inter horribilia fulgura & fulmina promulgavit, sigillo comminationis vindictæ & promissionis gratia munivit ac, voluit, ut in manibus, in fronte, in limine domus scriptæ conservarentur, ut perpetuâ earum memoriâ sui quisq; officii moneatur. Eodem modo Academia quod, seu Republica nostra literariæ Imperiali & Pontificiæ auctoritate instituta, plurimis privilegiis dotata, peculiari jurisdictione donata, & à plebe & populo distincta, à Legum rogatione capit, earundemq; observantia crevit; & in hunc usq; diem, licet variis persecutionum flammis obnoxia, per DEI gratiam viget. Cum autem civis Magistratui, Cicerone teste, incumbat, ut consideret, gerere se personam Reipubl. debereq; ejus decus sustinere, jura describere, & ea, quæ fidei sua commissa sunt, meminisse: omnino nostrarum partium esse duximus, Leges olim ab Antecessoribus nostris non ex foliis Sybillinis: sed ipso Decalogo de prompta presentis Academia nostra statui accommodare, quarum Epitomen hac ipsa Charta vobis exhibemus, illiq; juramentum revisum & à vobis omnibus imposterum præstandum subjungimus, ut ita singuli notitiam illarum habeant, & jurejurando ad Observationem Legum & Obsequentiam Magistratui debitam obstricti, sciant se ignorantiam in delictis contra Leges admisisse, prout hæcenus sepe factum, jure prætereundum non posse.

EPITOME LEGUM

UNIVERSITATIS ROSTCHIENSIS REVISARUM, QUÆ BIS QUOTANNIS PUBLICE PRÆLEGUNTUR.

- I. Pietas precibus & lectione S. Bibliothecæ exercenda, Fides Catholica Symbolis Oecumenicis comprehensa piè amplectenda.
- II. Nomen DEI scandalis, perjuris, execrationibus blasphemis &c. non prophanandû, nec ad eod. Vadimonium seu Arrestum sine Rectoris expresso permisso deferendum: sed in hoc fides Magistratui data & jurata servanda.
- III. Sabbathum sanctificandum, audiendæ conciones, sanctisq; operibus vacandum. Ab omnibus negotiis, quibus prophanari dies Dominicus possit, in sacra cum primis æde abstinentium.
- IV. Magistratui Academico, Parentibus, Præceptoribus, fidelibus Verbi divini Ministris (ex quibus unusquisq; certum sibi Confessionarium eliget, electumq; Rectori nominabit) subjectio, obœdientia, gratitudo, reverentia debita præstanda. Legibus, Edictis & programmatibus publicis, quid sive faciendum sive omittendum, præscribitur obtemperandum. Ipsa Edicta in Publicâ Tabulâ reverenter habenda, & nullo modo vel violanda vel refingenda. Igitur.
 - (1.) Inscriptio in Matriculam Universitatis intra octiduum apud Rectorem veluti caput Academicæ ab omnibus Academicis Civibus sive petenda, sive, si jam ante peracta sit, docenda, nec intra annum proximum (extra fonticas causas si erit) nec sine studiorum specimen discendum.
 - (2.) Collegiis, Societatibus, Vinculis & Conventibus nationalibus, contra jurisdictionem, in speculationem & disciplinam Rectoris & Professorum hæcenus institutis, novissimè Edictali Programmate die VII. Martii Anno M. DC. LXXII. prorsus abrogatis, omnibusq; adeo exagitationibus tam advenacum quàm indigenarum omnino abstinentium: Imperium in omnibus servandum, nec male sumentibus parendum: sed æqualiter ab omnibus & singulis Rector & Senatus Academicæ veluti legitimum Magistratui agnoscendum. De cætero Studiois inter sese ex æquo & decore agendum.
 - (3.) Citatio in iudicium comparandum & sententiæ parendum.
 - (4.) In studia diligenter incumbendum, & discendum ante, quod postmodum dependendum. Sedulitati omnia officiorum genera, promotio, commendationes à Nobis promittuntur: Desidia verò & studiois indigna vita Parentibus, Tutoribus & Patronis significabitur, & debitis modis vindicabitur.
 - (5.) Legibus communis convictorii ejusque Inspectoribus ab unoquoque Alumnorum obtemperandum.
 - (6.) Ad Actus publicos, Disputationes, Declamationes, Funerum deductiones invitatis à Rectore vel Professoribus comparandum.
- V. A cadibus, Vulnerationibus, Provocationibus, Duellis eorumque ministeriis, nocturnis discursationibus, boatibus, injuriis, vi, fraude, seditiosis tumultibus, ædium oppugnationibus abstinentium.
 - (1.) Bombardæ (ut discretio inter togatam nostram & sagatam militiam sit) nocturnum primis in Civitate nequaquam dispendendæ.
 - (2.) Controversia inter Studium & Studiosum orta ad Magistratum Academicum, quæ verò Membro Academicæ cum Cive oppidano intercedit, ad Tribunal Consulare, salvo tamen Rectoris & Universitatis privilegio, deferenda.
 - (3.) Cum deinceps & ægotantium pauperum Studioforum & mortuorum curam Rector & Concilium in se recipiat, ad illud pietatis & charitatis opus ab unoquoque in scripto pro ratione facultatum liberaliter conferendum: Ipsaq; sepulchra à Studiois populatibus quondam comparata, nec nisi illis dehinc referenda, sub Rectoris & Concilii auctoritate relinquenda.

JURAMENTUM STUDIOFORUM.

EGO. N. JURO, quod vobis Domino Rectori Academicæ Rostochiensis, & vestris in hoc officio successoribus, obœdire velim in licitis & honestis.

Et quod volo observare statuta, & imposterum per Academiam statuenda, & procurare ac promovere bonum Academicæ, quantum possum & quantum scio, AD QVEMCUNQUE STATUM PERVENERO.

Juro item, quod Nationalibus Collegiis vel quibuscunq; prohibitis Societatibus penitus velim abstinere, absolutionem nec postulare, nec procurare, & ad eod. nec pro accessu, nec pro absolutione quicquam sive exigere, sive promittere, sive offerre, sive, etiam ultro oblatum, admittere, nec sive in alios Studiosos imperium sumere, sive tale sibi arrogantibus parere. Et, si propter delictum per me commissum, aut propter inobedientiam à Rectore, vel

- VI. Occasionibus libidinum & intemperantiæ, morum sermonisq; spurcitiæ, Cauponarum & Oenopoliorum frequentia, helleuatio, luxus vestium (quarum nulla deinceps, quoad illa ingenium modestumq; Civem Academicum decet, discretio esto, irruptio, non in la vitatorum in nuptias, excitatio tumultus, omnis luxurians profusio, larvata discursatio, promiscua Chorum Musicorum (qui sine dispensatione Rectoris & Concilii interditi sunt) usurpatio, gladiorum pariter in decora gestatio, omnis deniq; petulantia, veluti Christiano, nedum Cive Academico indigna, procul habenda.
- VII. A furtis & defraudationibus quibuscunq; cavendum, nec pecunia, libri, vel quicquam aliud ludendû in alterum transferendum, translatum vero restitutum. Creditoribus tempestivè, Hospitibus verò pro convictu singulis mensibus, pro locatione Musæorum & Lectorum quolibet semestri (nisi aliter convenierit) satisfaciendum.
- VIII. Veritas & simplicitas in omnibus doctrinæ & vitæ partibus amplectenda. Mendaciis, Sophismatibus, calumniis, fictis criminibus, Famosis Libellis abstinentium, nullius innocentis fama lædenda, Legi nulli fraus facienda.
- IX. Affectus & cupiditates, antecellentiæ imprimis, Opum, Vindictæ, quæ fontes sunt omnium externorum scelerum, avaritia item cæteræ que animorum pestes reprimendæ & compescendæ. Quin potius partes officii à decentibus æq; ac discretibus fideliter obeunda, ac decorum ordinis ubiq; servandum.
- X. Omnes vitiosæ inclinationes, & voluptates, securitas, dubitationes, trepidationes in ærumnis, quantum licet, coercendæ, mores deniq; ad normam Legum Decalogi omnino studio dirigendi.

PRÆMIA virtuti debita, obediens promittimus.

POENAS refragantibus pro ratione delicti decernimus: & ut graviores saltem casus exprimamus.

- (1.) Transgressoribus atrocioribus *Primæ Tabulæ*, perjuris in primis, & blasphemis, delinquentibus item circa *Secundam Tabulam* quoad leges de Collegiis nationalibus, omnibusq; adeo futuris Scholasticis Studiosos recens adventantes exagitantibus, ære emungentibus, & quocunq; modo ad servitium cogentibus vel indecore tractantibus, & sub jugum quasi retrahentibus, ut & Libellorum famosorum autoribus RELEGATIONEM IN PERPETUUM AD INFAMIAM USQUE, nec minus eorundem Coadjutoribus, Arresti item violatoribus, duellantibus, noctu globum ejaculantibus (quod si quis die fecerit, bombardâ privandus (in domibus nuptialibus, Collegiis, Templis aliisve locis publicis tumultus excitantibus, post fidem datam, imò juratam ante debitum solutionem hinc excedentibus, RELEGATIONEM pro gravitate facti AD CERTOS ANNOS DETERMINANDAM decernimus, hæc lege atq; omine, ut PRIME CLASIS Relegationes non concederatis saltem Academicis ad executionem: sed & Serenissimis Patronorum Aulis & patriæ relocatorum per transmissionem Programmatum typis imprimendorum deinceps intimentur, atq; exclusi in hæc nostre, in concederatis quoq; Academicis excludantur.
- (2.) Cæteris Prophanatoribus nominis DEI, Concionum & Sabbati contemptoribus, Inscriptioem ultra octiduum differentibus, Rectori & Professoribus debitam, imprimis ubi citantur, obœdientiam non præstantibus, Nationalium aliorumq; prohibitorum æquum approbatoribus, Libellorum famosorum descriptoribus, noctu discursantibus & quantibus, prorocanti servitium præstantibus, omni denique petulantia extra loca sacra & publica pro qualitate facti CARCEREM decernimus.

DEUS qui est DEUS fortis Zelos, unicuiq; secundum opera sua retribuet: Peccatum autem & in presentia vitæ & post hæc panis infernalibus ulturus.

Concilio Academicæ mihi mandatum fuerit, ut me pœnæ eertæ subijciam, aut intra certum diem ex hac urbe & Academicâ discedam, & ante terminum mihi præfixum non revertar, illi mandato absq; contumaciâ parebo: nisi super decreto illo, & termino mihi præfixo per Concilium, sive per Rectorem mecum fuerit dispensatum.


Nec etiam hinc discedam, nisi prius satisfecerim Creditoribus meis, aut eorum expressam obtinuerim voluntatem.


Utar quoq; vestitu honesto, prout ingenium & modestum Civem Academicum decet. Promitto deniq; me in habitaturum sive Academicæ, sive Professorum aliorumve Academicorum domos, nisi ob justas causas, per Rectorem, mecum fuerit dispensatum.

SIC ME DEUS ADJUVET!

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. ANNO M. DC. LXX

Anno M. DC. LXXIII d. xxiii. Maij, Rector Universitatis Rostochiensis AUGUSTO VALENTIO D. Serenissimum Duem Consistorij Assessorum ac Directorum Professorum Theologorum & Cæterorum Theologorum Seniorum in matriculam Academicæ Rostochiensis receptus est HIERONIMUS LIPSTORANI Librarianus. Renovavit matriculam a. 1687. d. 12. Januarii, Rector J. P. Somerhus.






IV. Qui cantantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenfalis communis infuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, & necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, ab isto beneficio excludendis, inebriationes & eandem oriundacacius impediuntur, abhinc plures dies in carcere coercentur, per octo dies infuper in conuiuia, quod inebriationes & rixae tanto efficacius impediuntur.

VI. Poenae legum tractatae a Rectore & Concilio nec minime remittendae, sed ad tenorem executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepitus, tumultus & alia, quibus incolarum vel personae turbantur, facinora, immo & clamores inconditos vel prohibuerunt: ita earum violationum securitatis nocturnae & tranquillitatis custodiam militari tradentur. Reus in custodia manebunt, vsque dum Receptor Academiae vel de eadem in custodia manebunt, vsque dum in custodia manebunt, vsque dum in custodia manebunt.



acade-